ODO LUCENSIS. FLORUS LUGDUNENSIS. GUALTERUS DE MAURITANIA. SENTENTIAE. HUGO DE SANCTO VICTORE

Waldsassen (Oberpfalz) (?), Ende 12. Jh. Seite 12r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=460
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et una diuina substantia · illas tres personas esse · et illas proprietates · Quas quis longe sita a sensibus nostris · et ab humana ratione · indubitanter tenere oportet · Vt enim aut ubi gg · fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentum · · in ea parte in qua humana ratio prebet experimentum · non enim fides est ratione probatum · sunt rationes · ratio quia nisi multa credere non quod ratione comprehendat ut philosophi · non habet meritum fides sua · s; quia illud quod ratio non est contrarium · tenet est supra rationem credit · Vnde apostolus · Prope est verbum in ore tuo · in corde tuo · hoc est verbum fidei · quod nos predicamus · s; supra ea · Quod sit primum patri supra assignatum est · scilicet idem ingenitum esse quod est patre · nec conturbet quod aug · dicit · Non est dicere ingenitum quod patrem esse dicere · quia pater dicitur ad filium · s; ingenitum nulla notat relationem · et ideo non est idem dicere patrem esse ingenitum · et esse patrem · S; idem est in sua substantia esse ingenitum · et esse patrem · sicut idem est esse sapiam patris · et esse filium eius · et esse uerbum patris · s; tamen illud nomen filii notat relationem · et non illud scilicet uerbum · sapiam · Aug · in libro de trinitate · Non est idem ingenitum dicere quod est patrem dicere · quia · si filium non genuisset · nichil prohiberet eum ingenitum dicere · quia nec ideo quisquam pater quod ingenitum · nec ingenitum ideo quia pater est · Ideo non ad aliquid s; ad se dicitur ingenitum · genitum uero dici non potest ad aliquid · Ideo quippe filius quia genitus · et quia filius utique genitus est · Sic autem filius ad patrem · sicut genitus ad genitorem · Et sicut pater ad filium · sic genitor ad genitum · In hiloco notandum est · quod cum filius sit sapia genita a patre · et pater sit sapiens sapia sua · utrum pater sit sapiens sapia de se genita · Aug dicit hic esse non cedendum · Si enim esset sapiens sapia genita de se cum eidem sit esse quod sapientem esse · iam pater habet esse a filio · si filius a patre · Non est igitur sapiens sapia genita de se · s; sapia ingenita quia ipse est · Pater enim est sapia ingenita · Si opponitur cum pater sit sapiens · et sapia ge